Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 665
Quelle:
Copyright:

Augustinum. Initium prioris: *Ignotus quidem tibi facie* &c. Alterius: *Si cessantibus contradicentium questionibus* &c. Sicut hic, ita et in Editis T. II. *nn.* CCXXV. et XXVI. a *col.* 820. se excipiunt.

VII. *fol.* 436. p. 2. *Liber sancti Augustini de predestinacione* (addito statim *Libri* II. titulo) *et perseuerancia sanctorum.* Init: *Dixisse quidem apostolum scimus* &c. Integra omnia, ut T. X. *Opp. col.* 789.

VIII. *fol.* 469. *Sermo beati Augustini ad presbiteros ypponenses.* Rectius quidem ita inscriptus, quam *Cod.* seq. Initium, ut ibi: *Rogavi vos hesterno die* &c. Extat T. V. *col.* 1379. et finit cum praedicto: *seruiant uobis*, non *serviam*, ut habent edita.

IX. *fol.* 472. praemisso Articulorum Elencho *Incipit liber beati Augustini de ecclesiasticis dogmatibus.* Initium: *Credimus unum Deum esse* &c. Legitur in *Append.* T. VIII. *col.* 75. *Gennadio Massil.* tributus, ut docet *Monitum* praevium.

X. *fol.* 480. praemisso *Retract.* L. II. c. 22. loco *Incipit liber Augustini de bono coniugali.* Ita quidam: *Quoniam unusquisque homo humani generis pars est* &c. Ut *Opp.* T. VI. *col.* 319.

XI. *fol.* 490. p. 2. *Incipit liber sancti Augustini contra quinque hereses.* Id est: Paganos, Judaeos, Manichaeos, Sabellianos et Arianos. Initium: *Debitor sum fateor non necessitate* &c. Abjudicatus ab *Augustino* relatus est a *Maurianis* in *Append.* T. VIII. *col.* 1. ubi *Admonitionem* praeviam consule.

CCCXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 295. f. partim per duas columnas, partim lineis longis, non una manu exaratus, rubricis distinctus, et, ut nota praevia testatur, Collegio Ducali a. 1478. legatus a *M. Thoma de Wuldersdarff* T. D. et S. *Stephani* Canonico sequentia complectitur: I. Trigam *Epistolarum S. Augustini*, nempe unam ad *Italicam*, geminas ad *Valentinum*, quae in edit. *Maur.* T. II. sunt *nn.* XCII. CCXIV — XV. U. 172

II. *fol.* 4. p. 2. Ejusdem *Augustini Libros II. de libero Arbitrio et Gratia Dei.* Duos ajo; Librarius enim noster Librum *de Correptione et Gratia secundum* inscripsit, addito tamen in fronte altero etiam Titulo: *De Correptione et Gratia.* Extant hi Libri continui *Opp.* T. X. *col.* 717.

III. *fol.* 28. *Incipit liber Augustini de predestinacione Dei.* Ita olim, sed *Lovanienses* nota *suspecti* compunctum in *Appendices* amandarunt, ibique apud *Maurianos* legitur T. X. *col.* 49. ratione in *Monito* praevio reddita. Initium est: *Cum in sacrarum voluminibus literarum* &c.

IV. *fol.* 34. *Incipit exemplar epistole sancti Valentini monachi* (Adrumetini) *ad sanctum augustinum.* Collocanda potius inter II.